

Sacr. Congregationis firmat idem Nicolius d. lib. 39. num. 259. Vel nisi auctor pollutionis effect dives, quia ipse esset condemnandus ad dictas expensas. Maceraten. Var. ref. d. lib. 1. ref. 112. cas. 12.

DECISIO XLVII. ARGUMENTUM.

Post ornatum Altarium, & Ecclesiarum, agitur de Sacerdotum ornamentis, quæ triplicia sunt, Interiora, Exteriora, & Mystica. Ornatus interior Sacerdotis stat in conscientia pura, sobrietate, & castitate. Cur, & quando Uxores prohibentur Ministris Sacris? Milites in castris an expediat, ut habeant uxores secum? Rationes tam contra, quam ad favorem cœlibatus Sacerdotum. Quare Græci habeant Uxores, & ex quo tempore? Exempla Ministrorum Altaris incontinentium punitorum. Cautela tres pro servanda castitate. Lapsus Virorum Sanctorum ob familiaritatem cum mulieribus. Eruditiones, & monitiones plurimæ pro hoc interiori ornatu Sacerdotum.

SUMMARIUM.

- 1 Ornamenta Sacerdotum quemnam sint?
- 2 Conscientia pura primus ornatu Sacerdotalis.
- 3 Sobrietas, & pudicitia sunt Sacerdotis ornamenta.
- 4 Matrimonia, vetita Ministris sacris. Et quo Jure? num. 5.
- 6 Apostoli celibes fuerunt.
- 7 Milites Romani sine uxoris usque ad tempora Severi Imperatoris.
- 8 P. F. Marcus de Aviano Capuccinus laudatur.
- 9 Uxores militum in obsequio Bude, & Taurini commendabiles.
- 10 Sacerdotes Aaronici quo tempore sacrificabant, ab uxoris abstinere.
- 11 Sacerdotes Gentilium castitatem servabant.
- 12 Sacerdotibus in lege nature, & Mosaica concessæ uxores.
- 13 Celibatus Sacerdotum quibus rationibus impugnetur?
- 14 Paphnutius in Nicæna Synodo an impugnaverit celibatum Clericorum?
- 15 Græci est ordinati in sacris habent suas Uxores.
- 16 Subdiaconi olim tenebant Uxores.
- 17 Uxores semper prohibita Ministris Sacris in Ecclesia Latina.
- 18 Celibatus clericorum quibus rationibus defendatur, & laudetur?
- 19 Castitas servata à Ministris sacris per tria prima secula.
- 20 Concilium Quinisextum Anno 692. concessit Uxores Ministris Sacris Ecclesie Orientalis.
- 21 Quinisextum Concilium cur sic dictum?
- 22 Subdiaconi, & Diaconi aliquando Uxores ducebant preteritum non promissæ castitatis.
- 23 Forum Solomon castitatis ubi, & quando adjuvum Ordinibus sacris.
- 24 Melchisedech fuit celebs, & continens.
- 25 Exempla Sacerdotum incontinentium punitorum à Deo.
- 26 Cautela tres pro castitate servanda à Ministris Sacris. Et que?
- 27 Jejunium necessarium pro castitate, & maceratio carnis.
- 28 Otium nocivum est castitati.
- 29 Ludi, & Venationes clericis prohibita.
- 30 Mulierum conversatio fugienda.
- 31 Sancti, qui soli neque cum fororibus loqui volebant, aut habitabant.
- 32 Lapsus in Luxuriam Virorum Sanctorum.

- 33 Mulierum cohabitatio cum clericis prohibita.
- 34 Gemellorum fratrum in utero Matris, si unus sit masculus, alius femina, medicorum observatio.

Et Gimus in præcedentibus Decisionibus de ornatu Ecclesiarum, & Altarium; demonstravimusque horum, & illarum ornamenta alia esse Ecclesiastica, quæ proveniunt ex præcepto Rubricarum; alia Regalia ex liberalitate fidelium; alia Moralia ex eorumdem devotione, & obsequio; & alia Legalia ex revergentia erga loca sacra; verum quia etiam ministri Ecclesie, & Altaris, nempe Sacerdotes, egent ornamentis, ut ritè, ac redè possint hostias offerre, ac sacrificare pro populo; idè in præsentibus breviter differendum est de Sacerdotum ornatu; qui quidem triplex est; videlicet

1. Ornatu interior.
2. Ornatu exterior.
3. Ornatu mixtu.

Et de singulis, quæ potiora sunt ad Cleri instructionem, hæc quæ sequuntur, sunt agnoscenda.

Quò ad primum: Ornatu interior Sacerdotis consistit in conscientia pura, non habente remissionem culpæ mortalis; sic enim Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 7. de quocumque communicato ait: Nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumvis sibi contritus videatur, absque præmissa sacramentali confessione ad Sacram Eucharistiam accedere audeat: multo magis ornatu esse debet gratia Dei Sacerdotis, non tam communicatorum, sed Sacrificii facturus, attento ejusdem Sacri Concilii præcepto, sess. 22. de observ. & evitant. in celebr. Missæ Scilicet in hoc sacrosando Sacrificio peragendo, omnem operam, ac diligentiam in eo ponendam esse, ut quanta maxima fieri potest interiori cordis munditia, & puritate, atque exteriori devotionis, ac pietatis specie peragatur. Et de hoc necessario ornatu gratie duplex est ratio; una, quia etiam in Legge Mosaica imposita erat poena mortis contra Sacerdotes agentes Sacra, si mundi non essent; ut legitur in Levitic. 22. 3. ubi: Omnis homo, qui accesserit de stirpe vestra ad ea, quæ consecrata sunt, in quo est immunditia, peribit coram Domino. Altera, quia Sacerdos ad Altare est mediator inter Deum, & populum; prout de se dixerat Moyses Deo. 5. Ego sequeror, & medius fui inter Dominum, & vos, in tempore illo; ad placabilem nempe reddendum Deum erga populum: at si mediator sit odibilis Principi, illum non placat; sed ad iracundiam magis provocat: c. In gravibus: 3. q. 7. ubi hæc sunt verba: Cum is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati ad deteriora animus provocatur.

Supposita autem in Sacerdote lituræ existentia actualis gratiæ Dei; ornatu interior præcipue consistere debet in sobrietate, & in pudicitia, juxta monitionem S. Syrici Papæ, Epist. 1. ita scribens: Nos Sacerdotes omnes, atque Levite insubilibili lege confringimur, ut à die ordinationis nostræ Sobrietatis, ac Pudicitie & corda nostra mancipemus, & corpora; dummodo per omnia Deo nostro in his, quæ quotidie offerimus Sacrificia, placeamus. Itaque per sobrietatem manifestum est, denotari jejunium, quod est omnino necessarium Sacerdoti Missam celebraturo; si quis enim aulus esset non jejunius celebrare, deponendus foret ab officio. Conc. Bracharen. 2. can. 10. cap. A crapula. De Vita, & honest. Cleric. Sarnelius tom. 1. Epist. 19. casus autem celebrandi sine jejunio docuimus in Decisionibus de Ven. Eucharistie Sacramento Decif. 3. & Decif. 52. Porro per pudicitiam significatur continentia, & castitas, quæ prorsus fulgere debet Sacerdoti, cui post susceptos ordines Sacros non solum vetitum est fornicariam copulam habere; sed ulterius neque Matrimonium inire; aut, si ante fornicium inisset, eo uti. cap. Diaconi. cap. Presbyter. dist. 28.

dist. 28. cap. Qui Cleric. cap. Si qui. De Cleric. Conjugat. cap. Unico De voto. & Post redempti. in 6. Extravag. Antiquæ. eod. tit. & Conc. Trid. sess. 24. can. 9. Et quamvis hæc prohibitio Levitis, & Sacerdotibus facta de non contrahendis nuptiis post susceptos ordines Sacros; vel de eis non exercendis; si ante ordines uxores duxissent, non sit de Jure Divino, sed tantum de Jure Ecclesiastico; ut bene probat Emin. Card. de Lauræa in 4. sent. tom. 3. De Sacram. Ordinis dist. 9. §. 5. & §. 6. Barbosa de Jure Eccl. lib. 1. cap. 37. num. 27. & 28. ubi DD. cumulat. Novissimè Gonzalez in Commentar. ad d. cap. Si qui Clericorum num. 3. De Clericis Conjug. adeo ut Papa possit dispensare cum habente ordines Sacros, ut matrimonium contrahat; (prout pluries dispensasse referit idem Emin. Card. de Lauræa, & casus, seu dispensationes in hoc præfente sæculo concessas referens d. dist. 9. art. 9. §. 5. num. 27.) nihilominus hæc ipsa prohibitio fundata est in sequentibus validissimis causis, rationibus, & auctoritatibus. Primò in exemplo Apostolorum; quos 6. annos vel absque uxoris fuisse, excepto Petro; vel, si quis prius uxorem duxisset ante Apostolatam, deinde ab usu conjugii abstinuisse demonstrat Emin. Cardin. Baronius Ann. 57. num. 59. Barbosa de Jure Eccl. lib. 1. cap. 38. num. 21. Gonzalez ad d. cap. 1. sub num. 3. ubi DD. De Cleric. Conjug. undè in lib. 6. consil. Apost. c. 17. sic est statutum: Episcopum, & Presbyterum, ac Diaconum ordinari præcipimus, qui sine monogami &c. Post ordinationem tamen, si uxores non habent, præcipimus; ut non liceat amplius ducere; & Sanctus Clemens Papa I. in Epistola prima, in qua protestatur, quòd omnia, quæ ibi refert, acceperit à Sancto Petro, inter alia hæc habet: Ad Domini autem ministeria tales eligantur, qui ante ordinationem suam conjuges suas non erant; quòd si post ordinationem suam ministri Altaris contigerit propium irradere exibile uxoris, sacerdotii non inter hunc, nec Sacrificii partem fiat. Secundò, cœlibatus clericorum fundatur in doctrina Divi Pauli, qui scribens ad Timoth. Epist. 2. cap. 2. vers. 3. ait: Labora sicut bonus miles Christi Jesu: Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat, cui se probavit. Ex quibus verbis desumunt Interpretes, Sanctum Apostolum loquutum fuisse de matrimonio; à quo milites abstinere, ut restantur Tacitus Annal. lib. 14. ubi plura Lipsius, & Diof. lib. 6. nec non Tertullianus in exhortatione ad castitatem; demonstrans, omnes milites fuisse celibes, quod etiam docuit Cornelius à Lapide in 2. Timoth. d. cap. 2. vers. 4. & novissimè Gonzalez ad d. c. Si qui clericorum. 1. clericis conjugatis num. 8. ubi pluribus eruditionibus hæc assertionem illustrat; subdens, quòd hæc laudabilem castitatem dilectissimus Severus Imperator lata lege exasse fuitulit ex Herodiano lib. 6. Hist. & idè Papiasianus (qui floruit temporibus Severi) asserit, postesse milites matrimonia contrahere in l. Filius 35. ff. de Ritu nuptiar. Et esse problemè disputabile habens hinc indè rationes, utrum expediat, milites in castris habere uxores suas? offendit mihi religiosissimus Pater Marcus de Aviano Capuccinus, qui Casaresco exercitus tamquam Missionarius Apostolicus comitatus fuit decem ab hinc annis in obsequio Bude, & arque Taurini; ajebat enim, quòd reverentibus militibus à pugna uxores cibum præparatum ministrabant, undè vires colligebant; & sanitatem tuebant magno cum Imperatoris, ac totius Reipublice Christianæ emolumento. Et ubi idem milites de Tauris reportarent victoriam in campis, uxores christianorum militum sollicitè erant in spoliis carpentibus ad maritum utilitate. Sed hæc obiter sint dicta. Tertiò continentia Cleri in lege gratiæ adhaeret præcepto, quod Deus fecerat in lege scripta; justo sicut enim Exod. 19. 22. quòd Sacerdotes, qui accederent ad Dominum Sanctificarentur, idè abstinerent ab uxoris; ut declarant expositores, & Tirinus d. De Sacrificio Missæ.

c. 19. vers. 10. Quare Abimelech, ut daret David, & militibus ejus manducare Sanctificatum Panem, requisivit, si mundi essent à mulieribus; 1. Reg. 21. hinc scripsit S. Hieronymus lib. 1. contra Jovinian. longè post med. hæc verba: Nam & in veteri lege, qui pro populo Hostias offerbant, non solum in domibus suis non erant, sed purificabantur ad tempus ab uxoris separati; & vinum, & fœcram non bibebant, quæ solent libidinem provocare. Et de Mathathia Summo Pontifice refert Josephus lib. 17. Antiquit. Judaic. c. 8. quòd ei non licuit Sacrificare, sed illi una die substitutus datus fuit ad Sacrificandum; quia nocte somnasset, se rem cum uxore sua habere; & de hac munditia, & continentia Aaronicorum Sacerdotum dictum est supra Decif. XXIII. num. 34. & antea quòd agendum esset, si Summus Pontifex ante festum Hippurim passus esset pollutionem? Decif. XXII. num. 28. Quòd fulcimen præstat continentiaë nostrorum Sacerdotum exemplum Gentilium, apud quos lege XII. Tabularum ita cavebatur: Divor caput adeo; immò & conjugio usos arcebant à suis Sacrificiis, teste Tibullo lib. 1. Eleg. prima:

Vos quoque abesse præcui jubeo, discedite ab arvis, Quos talis besterna gaudia nocte Venus. Et de paganorum Sacerdotum requisita castitate differunt S. Clemens lib. 1. Stromat. S. Hieronym. lib. 2. in Jovinian. S. Augustinus serm. 37. ad fratres in Eremo. Et plura tradunt Alex. lib. 4. gen. cap. 17. Tiraquellus in leg. 3. Connub. ex nu. 76. Pamelius ad Tertullianum de exhort. casti. & Gonzalez ad d. c. 1. De clericis conjug. nu. 8. concludens: si hæc observabatur in Sacerdotibus tam Judaicæ, quam Gentilitate religionis, quanto magis Sacerdotes legit gratiæ, qui quotidie vero, & omnipotenti Deo Sacrificium offerunt, debent continent vivere, à conjugioque avereri? Quòd adeo verum est, ut pluribus Sanctis Patribus vilum fuerit, ex sola nocturna illusione absque culpa eveniente, non esse licitum die sequenti celebrare, ut ex S. Augustino serm. 244. de Temp. & ex Cassiano Collat. 22. probat Emin. Cardin. Bona Rer. Liturgicæ. lib. 2. c. 1. sub num. 4.

Verum huic continentie, & castitatis legi, qua nos adstringimur, frequentia videntur obflare. Primò, quòd in lege Nature Sacerdotes habebant uxores, ut vidimus Decif. VII. & sega. De Adamo, Noè, Abrahamo, ejusque posteris, qui Deo litabant, & eorum Sacrificia facta erant. Secunda, quia conjugium etiam in lege Mosaica Levitis, Sacerdotibus, & Pontificibus concedebatur; immò ipse Deus scriptis præcepit qualitates uxorum decendam ab eis, ut in Levit. cap. 21. non igitur interdicendum Sacerdotibus Evangelicis, ne ponderosus sit lex gratiæ, quam lex Moysis. Tertiò, quia Matrimonium 13 est Sacramentum, conferens gratiam. Concil. Trid. sess. 24. can. 1. Ergo nulli denegandum, non enim causer dedecus, sed honorem; & ab omnibus videtur suscipiendum, dicente Apostolo ad Hebr. cap. 13. vers. 4. Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Quarto, quia ab eodem Apostolo censetur concessa uxor non tam clericis in sacris constitutis, atque Presbyteris, sed etiam Episcopis; ait enim in Epist. 1. ad Timoth. cap. 3. vers. 2. Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, filios habentem subditos cum omni castitate. Et in Epistola prima ad Corinthios cap. 7. vers. 2. subdit: Propter fornicationem autem, unusquisque propriam uxorem habeat. Quintò, quia in Canone sexto Apostolum ordinatum est, ut Episcopus, aut Presbyter uxorem propriam nequaquam sub obtentu Religionis abiciat. Quòd repetitum legitur in Decreto Gratiani. cap. Si quis docuerit. dist. 28. Sextò, quia in tribus primis sæculis ordinati in sacris utebantur conjugio; siquidem cum illud prohibere vellet Nicæna Synodus prima, Paphnutius Confessor contraxit, & suscitavit 14

Concilio, ne talem ferret legem, quæ occasio existeret fornicationum: ut legitur in *cap. Nicæna, dist. 31.* & refert ex Theologis Eminent. Gard. de Lauræa de *Sacram. Ord. d. disp. 9. num. 210.* Gasp. Ivenin in *Commentar. Hist. Dogmat. de Sacramentis, Dissertat. X. de Matrimon. quæst. 7. cap. 8. art. 2.* Septimo, quia Græci Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri, & Episcopi suas habent uxores, & cum eis copulantur. *cap. Diaconi, dist. 28. cap. Alter, dist. 31. & cap. Cum olim, de Clericis conjugat.* Ideo in correctione, & reformatione abusu Orientalis Ecclesiæ facta ab Innocentio IV. in *sua Constit. 14.* incipit: *Sub catholice, nulla extat prohibitio circa usum mulierum Sacerdotum, neque in Concilio Florentino in Decreto Unionis Græcorum.* Immo Clemens VIII. in *sua Constit. 34.* scribens, quæ licita sunt Græcis Sacerdotibus, in *9. 4.* tantum præcipit, ut Sacerdos Græcus, antequam celebret, ab uxore abstinere per hebdomadam, vel saltem per triiduum. Igitur sicut licitus est usus uxorum in Ecclesia Græca clericis, sacros ordines habentibus, & exercentibus, non debet esse prohibitus iisdem in Ecclesia Latina. Octavo, tantò minùs, quia primis sex sæculis, & ultra etiam clerici Latini in quacris constituti uxoriis suis utebantur, videlicet usque ad tempora S. Gregorii Magni; qui moderatus fuit prohibitionem factam à Pelagio Papa ejus Prædecessore, ne Subdiaconi copulam haberent cum suis uxoriis. *cap. Antetriumium, dist. 31. & cap. Mulorum, 27. q. 2.* Regebatur autem Ecclesiam S. Gregorius Papa in fine quinti sæculi, & in principio sexti; ergo per annos sexcentos circiter etiam in Ecclesia Latina Subdiaconi ab uxoriis non abstinabant.

His tamen minimè obstantibus certissima est Juris conclusio, & irrefragabilis; quod in Ecclesia Latina ministri sacri semper, & pro semper prohibiti fuerunt matrimonium contrahere, vel contracto ante ordines sacros uti; adstrictique fuerunt à die suscepti sacri gradus à propriis uxoriis abstinere, & continentiam, atque castitatem servare. *cap. 2. cum pluribus seqq. dist. 31. cap. 1. cap. si quis verò, cap. si quis eorum, & cap. Erubescant, cum aliis seqq. dist. 32. & legitur lib. 6. Constit. Apol. cap. 17. & in Decretalibus tit. De Vita, & honest. clericor. nec non tit. De Clericis conjug. & tit. Qui Clerici, vel uxores.* Et omni tempore id sancitum fuit in Conciliis, quæ longa manu referuntur ab Eminent. Gard. de Lauræa de *Sacramento Ord. d. disp. 9. art. 9.* per plures *99.* & in Epitome Canonum. *Verb. Clericus habens uxorem.* Et *Verb. Clerici quoad habitationem cum mulierib. pag. 154.* Novissime Gonzalez ad *d. cap. 1. num. 6. De Clericis conjugat.* qui ibidem num. 3. observat, contrariam doctrinam processisse antiquitùs à Vigilantia, contra quem scripsit S. Hieronymus, & in præterito sæculo à Wiclefo, à Luthero, à Calvino, & aliis Novatoribus, castitatem in Clero proferentibus, quos confutavit Eminent. Card. Bellarminus tom. 1. *controvers. lib. 1. De Clericis cap. 28.* itaut in Concilio Tridentino, damnata sit, ut heretica prædicta doctrina, & lata excommunicatio contra asserentes, posse Clericos in Sacris Ordinibus constitutos matrimonium contrahere, ut in *sess. 24. can. 9.* Neque subsistunt objectiones suprascriptæ.

Non prima de Sacerdotibus in lege naturæ; ipsi enim ex vi primogenituræ fortiebantur illam dignitatem, & non erant obligati ad continentiam perpetuam eo tempore, quo opus erat, ut crescerent, multiplicarent, & replerent terram, juxta Divinam ordinationem, de qua *Genes. cap. 1. vers. 28.*

Non secunda de conjugio Sacerdotum legis Mosaicæ; magnum enim distimulatum inter illos, & Sacerdotes Legis gratiæ. Illi alligati ad Tribum Leviticam debebant initis Matrimonii successores progeneri, & idè eorum Sacerdotium transmittetur in posterum carnali propagatione; nostrum verò consecratione divina, illi offerebant belluinus carnes; nos

Corpus, & Sanguinem unigeniti Filii Dei. Illi rariùs accedebant ad Sacrificandum, ut diximus supra *Decif. XXIII. num. 25.* & seqq. nempe tempore vicis suæ; nos verò quotidie, & lex illa erat rariùs, lex verò gratiæ tota spiritualis, quem præcipue continentia, & castitas decet, ut demonstrat idem Gonzalez *d. cap. 1. num. 9. de Clericis conjugat.* & legitur in *cap. Plurimos dist. 82.*

Non tertia; quia Sacerdotes, & ministri Sacri Latini non abstinent à Matrimonio tamquam à Sacramento; sed quoniam continentia, & castitas in rebus Sacris, & in Sacrificio magis arduè, ut ait S. Leo Papa in *cap. 1. dist. 32.* Quòd autem dicitur Apostolus, *Honorabile connubium in omnibus,* non est trahendum ad omnes personas, etiam ad Sacerdotes, & Monachos, atque Moniales, ut fecere Lutheros, Beza, & alii Novatores; siquidem possesse secundum hanc interpretationem trahi etiam ad fratres, & sorores; nec non ad Matres & filios; ad Patres, & filias; quasi inter eosdem honorabile esset connubium, quòd horrendum est etiam ipsi hæreticis; sed Apostolus mens fuit, dicendo *Connubium honorabile in omnibus,* scilicet quòd in omnibus ad illud spectantibus sit honorabile; in fide mutua servanda, in pace, & charitate custodienda; & in ipsius matrimonii usu, sanctè, & omni cum modestia habendo; ut differit Cornelius à Lapide in *Comm. ad d. Epist. D. Pauli ad Hebræos cap. 13. vers. 4.* ubi probat Apostolum loquutum non dogmaticè, sed moraliter, ut omnes fideles ferventer thorum suum immaculatum in usu Matrimonii.

Non quarta, ob Verba illa Apostoli, Episcopum oportere esse *unius uxoris virum;* nam significabat per illa, non posse ordinari bigamos; sed eos, qui unicam uxorem habuissent, à cujus consortio, si viveret, abstinere; idè S. Ambrosius *lib. 3. epist. 5. ad Vercellen. Episcop.* subdit de prædictis verbis; *Neque iterum ut filios in Sacerdotio crearet Apostolica invitetur auctoritate, habentem dixit filios, non facientem.* Reliqua verba 2. ad Cor. 7. 2. *Propter fornicationem uniusquisque propriam uxorem habeat;* dicta sunt ad Laicos, legitime conjugatos, & præcipue ad fideles noviter conversos, qui dubitabant, an cum suis uxoriis possent habitare, ut ex Theophylato, & S. Hieronymo notat Casalius de *S. Ritibus cap. 54. in fine.*

Non quinta; siquidem ut legitur in *cap. Omnino, dist. 31.* non licebat Ministris Sacris uxorem, quam ante ordines habuerant, prætextu religionis abijcere, scilicet à cura sua, ut erodiam, & vestitum largiantur; non ut cum illa ex more carnaliter jaceant; quòd notat etiam Eminentiss. Gard. de Lauræa *d. disp. 9. num. 268.* & Casalius *d. cap. 54. in fine.*

Non sexta; quia, quidquid sit de resistentia Paphnutii in Synodo Nicæna: (illam enim potius fabellam reputant Emin. Card. Baronius ad *Annun Christi 58. num. 20.* Sotus *lib. 7. de Just. & Jur. q. 6. art. 2.* Canus de *Locis Theolog. lib. 5. cap. ult. ad 6.* & alii apud Barbofam in *collect. DD. ad d. cap. Nicæna Synodus dist. 31.*) certum est, in primis tribus sæculis, à tempore scilicet Apostolorum usque ad eandem primam Nicænam Synodum, fuisse in præcepto castitatem Ministris Sacris; ut eruditè demonstrat Pignatellus tom. 8. *constit. 81. num. 17.* In canone enim Apostolorum 27. sic habetur. *In nuptiis autem, qui ad Clerum provecti sunt, præcipimus, ut si voluerint uxores, accipiant, sed Leitores, cantoresque tantummodò.* Faciunt verba epistolæ primæ S. Clementis Papæ, & discipuli S. Petri, relata supra num. 6. Et pluribus auctoritatibus probat Spondanus ad *Annun Christi 58. à num. 7. & seqq.* Et faciunt Verba S. Calixti Papæ, & Martyris anno 221. relata in *cap. Presbyter. dist. 28.* In ipsa verò prima Nicæna Synodo sic fuit statutum in *can. 3.* *Interdicitur per omnia magna Synodus, non Episcopo, non Presbytero, non Diacono, nec alicui*

alicui omnino, qui in Clero est, licere subintroductam habere mulierem: nisi forte aut Matrem, aut Sororem, aut Amitam, vel eas tantum personas, quæ suspitionem effugiant. Ergo multò magis uxores, ut deditur Gaspar Ivenin *d. distat. X. de Matrim. quæst. 7. cap. 8. art. 2.* ubi offendit, nullum reperiri Canonem, qui neque in Ecclesia Orientali concedat, Sacris ordinibus insignitis copulam habere cum uxoriis. Sed neque tribus sequentibus sæculis hoc idem concessum fuisse, demonstrari potest, nisi in Concilio Quinisexto, celebrato Anno 692. in quo Patres Græci, relato ulro contrario Ecclesiæ Romanæ, celibatum in Clero profererunt *can. 13.* transcripto in *cap. Quoniam d. dist. 31.* & quamvis canon iste cum aliis hujus Concilii Quinisexti, (sic appellati, quia eum in Concilio Generali Quinto facti non fuissent Canones, in sexto editi fuerunt, habita ratione ad Quintum, & ad Sextum Concilium, ut doctè memorat Eminentiss. Gard. de Lauræa *cit. disp. 9. De Sacram. Ord. num. 133.*) non fuerit expressè confirmatus ab Ecclesia Romana; nihilominus fuit toleratus, & indè factum est, ut Græci ad ordines Sacros promoti, si uxoriati sint, utantur uxoriis, idque à Romanis Pontificibus per tolerantiam concedatur, ut dicitur eum supra num. 13. ex *Constitut. 14.* Innocentii IV. & *Constit. 34.* Clementis VIII. & ex his tollitur

Septima objectio, atque Oðava; nam quoad Græcos, hi utuntur conjugio, contracto ante susceptos ordines Sacros, sed eis non licet post ordinationem Uxorē ducere; quòd si de facto eas ducant, matrimonium est nullum. Pignatell. *d. tom. 8. constit. 81. num. 2. & seqq.* sic Ecclesia tolerante ad servandam charitatem, & schismata impedienda; quò verò ad Latinos, est usque ad tempora S. Gregorii Magni in aliquibus locis Subdiaconi, & Diaconi retinebant Uxores sub prætextu, quòd in sua ordinatione non vovissent continentiam, ut advertit Eminentiss. Gard. de Lauræa *d. disp. 9. q. 4. num. 188. & seqq.* ab illo tempore citra nullus admittitur ad ordines Sacros, qui solemniter non se vadit ad castitatem; itaut uxorem ducere non valeat; aut si antea habuisset, ea amplius uti non possit. *cap. 1. cum pluribus seqq. dist. 32. cap. 2. Proposui dist. 82. capitulum primo, & toto tit. De Clericis conjugat. capitulum primo & secundo. Qui Clerici, vel uxores.* *cap. Unico, De voto, & vot. redempt. in 6. Clement. Unica. De Conjugum. Extravag. Antiquæ. de Voto, & Concilium Trid. d. sess. 24. canon. 9. De Matrimon. quòd inter Scholasticos latissimè probat Eminent. Gard. de Lauræa *d. disp. 9. de Ordine, toto art. 9.* Inter Annalistas Eminentiss. Gard. Baronius ad *Annun Christi 58. & Ann. 59. Inter Dogmaticos Gasp. Iveninus d. distat. 10. q. 7. cap. 8. art. 2.* Inter Canonistas Gonzalez in *Commentar. ad d. cap. 1. De Cleric. conjug. Inter Moralistas Thomas Tamburinus de Triplici Jure lib. 7. de Ordine cap. 3. §. 3. inter Forenses Jacobus Pignatellus d. tom. 8. constit. 83. ubi ex Patribus, & ex Historiis eruditiones plurimæ circa inviolabilis castitatis ornamentum Sacerdotibus necessarium. Et inter Catechistas Alphonsus Mendezius Æthiopiæ Patriarcha & Soc. Jesu in *suo Bran Haymon. seu Luce fidei lib. 12. cap. 16. ubi num. 1.* redarguit Æthiopicos, & Alexandrinos in Sacris ordinibus constitutos, hærentes lateri mulierculis, ceu peregrinos baculis, aut Zonis cucurbitas circumgestantes; & num. 2. insert.**

Sacerdotium Evangelicum esse secundum ordinem Melchisedech, qui fuit sine genealogia, non solum passiva, de qua Scriptura non meminit, sed neque activa; nam caelebs fuit, ut scribit Cedrenus in *Comment. Hist. Et tandem seqq. num. usque in fine colligit dicta SS. Patrum, & Conciliorum primi, secundi, tertii, & sequentium sæculorum, in quibus Castitas, & continentia in Ministris Sacris astruitur, & ipsi ab uxorum complexu interdicuntur.*

Cum igitur pudicitia, castitas, & continentia sit De Sacrificio Missæ.

præcipuus, immò necessarius ornatu Sacerdotum; solliciti esse debent in hujus Angeli virtutis custodia; ne fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones, & in scandalum. *Psal. 68. 23.* memoria recolentes, quòd *Qui manducat, & bibit indignè Sacramentum Eucharisticum, judicium sibi manducat, & bibit, 1. Cor. 11. 27.* juxta comminationem Divinam, de qua *Levit. 6. 20.* *Anima polluta, que ederit de carnibus Hostia pacificorum, que oblata est Domino, peribit de populi suis.*

Et equidem tremendi sunt casus, qui in Ecclesiasticis Historiis, & in Sanctorum vitis leguntur, de punitione Sacerdotum incontinentium, & in cæno luxuriæ involutorum. Inhonestum Myrtiam à Divinis per suum Episcopum suspensum, temerè ad Altare progressum, apoplectico accidenti percussum, subitanea morte obrutum ex approbatis auctoribus refert Sperellus in *Parænesi Theologica cap. 27. num. 6.* Presbyterum Connubinarium Romæ, de Ecclesia S. Cecilia Transylberinam, monitum à Stephano Papa X. sed monita spernentem, improvia morte obisse in lecto ex Card. Baronio Anno 1057. num. 16. & 17. narrat Matthæolus in *Styva Hist. tom. 2. lib. 8. cap. 2. tit. 29. exempl. 10. in fine.* Hoyæ, (quæ est urbs Germaniæ, in Westphalia, ad Visurgium fluvium, sub Ducatu Brunsvicensi) Sacerdos Sacrista Ecclesiæ Matris Dei, carnalem copulam cepit habere cum quadam muliere, B. Ivetta tunc vivens inclusa ex divina revelatione sacrilegum facinus intellexit, feminam corripuit, & ad poenitentiam induxit. Mox ipsum Sacristam monuit, reprehendit, rogavit, ut poeniteret; ille flocci hæc monita fecit: paulò post maligna febris eum aggressa, absque Sacramentis impoentem ad orcum transtulit, ut latidè disserit Bolland. in *Vita B. Ivette die 12. Januarii cap. 26.* Scribit Joan. Diaconus in *Vita S. Gregorii Papa cap. 17. n. 97.* Superiorem Monasterii ejusdem Sancti raptam Virginem Deo sacram, nomine Euphrasiam, in privata domuncula detentam sibi concubinam scisse, non multò post vidisse in somnis Sanctum Pontificem ministris suis dicentem: *Extendite eum in terris, & quadraginta rubricis, (scilicet percussibus) tuba signa in carne relinquentibus) ventrem, totidemque dorsum fornicatoris, atque sacrilegi Presbyteri verberate.* Ita actum; & expectatus à somno, vi doloris, ac vehementi febre oppressus, absque poenitentia occubuit. Plura hujus generis habentur exempla tum apud ipsum Sperellum *d. cap. 24.* apud Matthæol. *d. tit. 29.* & Nicol. Laghium de *Ven. Euchar. Sacram. tract. 4. dist. 1.* ubi de punitione Diaconorum incontinentium; & *dist. 6.* de Sacerdotibus carnalibus immunditatis maculatis, severè punitis.

Cæterùm ad effugienda hæc pericula, & ad factum tectum servandum Castitatis ornatu tres sunt cautelæ adhibendæ à Sacerdotibus, Ministrisque Sacris. Una est, castigare corpus suum jejunii, poenitentis, & disciplinis. Castitas enim, secundum Divum Thomam Aquinatem, dicitur castigando; idè testabatur Apostolus ita: *Castigo corpus meum, & in servitute redigo; ne forte cum aliis predicaverim, ego reprobus efficiar, 1. Cor. 9. 27.* Et S. Ambros. faciendum ajebat, quòd docet *Psal. 68. 11.* *Operui in jejunio animam meam; & post vestimentum meum stititium.* Legitur in *Chronicis S. Francisci par. 1. lib. 7. cap. 7.* B. Egidium cuidam religioso de re venera tentato, & remedii poscenti, dixisse: quid ageres, si canis mordere te vellet? Respondit, baculo eum percuterem. Secunda cautela attendenda est, fugere otium. Notum est proverbium: *Otia stollas, perire Cupidinis arcus.* Myrtis igitur vel est otandum, vel studendum, vel laborandum, juxta præceptum S. Hieronymi ad *Rusticum de vivendi forma: Amos scripturarum studia; & carnis vitia non amabis; scriptum est enim: Vigilia honestatis tabefacit carnes.* Cavendum est tamen, ne ad fugiendum otium, asuman-

quis ex clericis. De Vita, & Honest. Clericor. n. 5. ubi exempla plura: & dicitur Aratoris Subdiaconi Ecclesie Romanæ, ordinati Anno 545. de fedicentis in Epist. ad Parthenum

Namque ego Romanæ caulis permixtus amenis, Ecclesie, tonso vertice, factus ovis.

Quarta causa est ob utilitatem; nam ex hoc ornatu Sacerdotali, consistente in Clericali tonsura, Clericis ipsis proveniunt quatuor privilegia, scilicet Canonis, Fori, Immunitatis, & habilitatis ad beneficia, atque pensiones; toto tit. De Vit. & Honest. Cleric. tam in Decretalibus, quam in lib. 6. de Clement. Quæ omnia Privilegia amittunt Clerici, si comam deserant, & tonsuram spernant, ut ex Concil. Trid. sess. 23. de reform. cap. 5. & sess. 15. cap. 20. Hinc responsum fuit ab Alexandro III. in cap. Si verò 4. De Sent. Excomm. non incidisse in excommunicationem illum, qui percussit Clericum nutriente comam; quod docuerunt Covarr. in c. Alimater. part. 1. §. 10. num. 15. & Azor. lib. 5. cap. 20. in fine; & habetur Constitutio XCII. Sixti V. auferentis privilegia prædicta Clericis relaxantibus crines. Quinta verò causa est ob necessitatem; intento quòd Clericalis Tonsura, & recessio capillorum in Clericis est de præcepto, eamque non observantes non exculantur à culpa mortali, ut delinquitur, tum à prohibitione comæ, quam faciunt Sacri Canoness sub pena excommunicationis. c. Si quis. dist. 23. & c. Si quis. De Vit. & Honest. Cleric. Est enim regula certa in jure, quòd excommunicatio non infligitur, ubi culpa non est mortalis. Emin. Card. Toletus in Summa lib. 1. c. 8. tum quia sic asseverant gravissimi Doctores. Abbas in d. c. Si quis. De Vita, & Honest. Cleric. Diaz in praxi criminali cap. 79. n. 1. & ibi Lopez in addit. Bonacina de Sacrament. Ord. Quæst. Unic. punct. ult. n. 3. Navarrus in Manual. c. 25. n. 110. Layman lib. 5. tract. 9. cap. 12. num. 3. Et Bauny disp. 12. De his, ad quæ beneficiarii obligantur, ubi ita, scribit: Letalis est ergo culpa comæ ad cervicem relaxatio, cum anathema nulli dicatur, nisi reo mortali peccati. Concordant alii plures relati à Gastone Chamillard de Tonsura d. cap. 7.

Cæterùm contra prædicta fieri posse videntur sequentes objectiones.

Primò, Quia quælibet Christi actio debet esse vitæ nostræ instructio. Clement. 1. De Magistris. Sed Christus Dominus comam portabat, & capillos longos deferrebat; sic enim ejus Divinus aspectus describitur à Lentulo Judaici populi Præfide apud Malonum in notis ad caput 3. Archiep. Paleotti: Capillos habent colore nuci, avellana præmatura. & flavos ferè usque ad aures; ab auribus verò concinnos, crispis, aliquantulum ceruleos, & fulgentiores ob oculos ventilantes; discrimen habent in mediam capiti juxta morem Nazæorum; frontem planam, & serenissimam, cum facie sine ruga. Concordat Nicephorus Calixtus lib. 1. c. 40. ita dicens: Capitis capillos tulit proluxivæ; novacula enim in caput ejus non ascendit. Ergo non debet esse prohibitum Ministris Sacris imitari Redemptorem, & ad ejus exemplum longos capillos portare.

Secundò, Quia etiam S. Jacobus Apostolus, Jerofolymorum Episcopus, Casariem habebat; sic enim legitur de illo in Breviario Romano Calend. Maji lët. 5. Jacobus frater Domini, cognomento justus, ab incuncto atate vinum, & siceram non bibit, carne abstinuit, nunquam tonsus est, nec unguento, nec balneo usat. Ergo neque Clerici sunt tendendi.

Tertio, Quia prohibitum est à Deo in Scriptura Sacra Sacerdotibus capillos scindere, & capitis comam tondere, ut in Levitic. c. 19. Vers. 27. Non attondebitis in rotundum comam, nec radetis barbam, & idem c. 21. vers. 5. & num. c. 6. vers. 5. Ergo.

Quartò, Quia comam nutrire auctoritatis, & gloriæ est, ut ait S. Ambros. lib. 6. Hexamer. ubi eam erudito stylo commendat, subdens: Tolle arboris comam, arbor ingrata est; tolle hominis capillum, tota pulchritudo stacceseit.

Hinc etiam Ovidius cecinit: Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine capus: Et sine fronde frutex; & sine crine caput.

Valde autem decere videtur, quòd Sacerdotes habeant coronam decoris in capitibus suis; ut ait Ezech. 16. 12.

Quintò, Quia comam radere est signum captivitatis, servitutis, & ignominie; ut idem Ezechiel deplorat de servitute populi Judaici apud Nabuchodonosorem c. 29. vers. 18. dicens: Omne caput decalvatum, & omnis humerus depilatus est; undè & Aristoteles dixit, comam esse libertatis argumentum.

Sextò, Quia abscissio comæ, & capillorum est pœna statuta in criminolos, & damnatos ad metallum. l. Vestem. ff. de Injuris. Et Tacitus de Moribus Germanorum ait, hanc esse pœnam Uxorum adulterium committentium, ut scissis crinibus nudatam coram propinquis maritus expellat à domo uxorem ipsam.

Septimò, Quia comam dimittere fuit signum apud antiquos magni metoris, & ludus, ut demonstrat Seneca de Consolat. cap. 36. Herodotus in Euterpe. ibi:

Aspice demissos lugentis more capillos. Et de hoc effectu plurima sunt Exempla in Sacro textu; ait enim Jeremias cap. 7. Tonde capillum tuum, & proice, & sume dirèctum planctum. Job, cùm audisset funestis nuncios deperditorum gregum, & filiorum, Scidit vestimenta sua, & tonso capite corruens in terram adoravit. Job. 1. 20. Et Michæas c. 1. vers. 16. ait: Decalvare, & detonare super filios delictuarum tuarum; dilata calvitium tuum, sicut Aquila; quoniam captivi dudum sunt extra. Item servabant gentiles, nam Svetonius in Caligula de more Germanici cap. 4. scribit: Regulus quostam barbam posuisse, & uxorum capita rasisse ad indicium maximi luctus. Quare Clerici, & Ministri Sacri, qui debent servire Domino in læticia, non videntur adstringendi ad depositionem Comæ, & ad capillos rescindendos: ut pluribus cumulatè disputando differit Gonzalez ad d. cap. Si quis ex Clericis. d. De Vita, & honest. Cleric. n. 3.

His tamen minimè obstantibus verissima est doctrina de Clericali Tonsura, tamquam ornamento necessario Ministrorum Dei supra-relata; quam totis viribus sustinere, venerari, & obsequio profecti quilibet Catholicus Ecclesiasticus debet, tamquam institutum ex Apostolica traditione ab initio Ecclesie; à qua omnes Clerici exordiebantur vitam Clericalem; ut exemplis pluribus comprobatur d. Gonzalez ubi proximi num. 5. addens quòd per antonomasiam Clerici vocabantur coronati; quod etiam profectur Emin. Card. Baronius Anno 50. num. 27. & n. 121. Eminentiss. Card. Bellarminus lib. 2. de Monachis c. 40. Sautay in Panoplia Clericor. lib. 2. per totum, & Chamillard. de Tonsura à cap. 1. cum plurib. seqq.

Ad Primam verò, & Secundam ex propositis objectionibus respondetur, Hebræos longam comam deferre utos fuisse, ut probat Pineda lib. 1. in Job cap. 1. vers. 20. n. 11. Serlogus in Cantica tom. 3. c. 5. Vers. 32. Unde Christus Dominus longis capillis utebatur, ut se conformaret aliis nationalibus suis; sic enim expediebat, ne Redemptorem ipsi abhorrerent, ut in infer Serlogus ubi supra; & ex eadem ratione S. Jacobum ejus discipulum idem fecisse est credendum.

Ad tertiam plures sunt responsiones. Alii dicunt in Levitici, & Numerorum libro prohiberi ton-

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

tionem

nem comæ in Ministris sacris esse peccatum mortale, ut probat Navarus in *Manuali* cap. 25. num. 210. & Illustrissim. Sperellus in *Parentesi Teleturg.* cap. 39. num. 6. hi enim non impenderent ipsis Sacramentalem abolutionem; & illi melius confulerent animabus suis; abjectio namque Tonfuræ per relaxationem capillorum est quedam species Apostasiæ à vita Clericali; ut deducitur ex verbis S. Augustini De *Contemp. Mundi* tom. 9. ita scribentis: *Quisquis Clericus ad sortem Domini vocatus, quicomam nutrit, & capillos radere, vel tondere erubescit, profectio se non de Dei, sed de mundi sorte esse testatur.* Et novissimè hunc abusum in Clericis deplorat, & eis timendum esse de æterna salute probat Magrius d. *Verb. Tonfura* omnino legendus.

Nec dicant in Ecclesia Græca comam esse permiffam ministris Sacris. Respondet enim Chamillard. de *Tonfura* cap. 10. *Opposit.* 4. pag. 584. ad causam nostram non pertinere Græcorum exemplum; quippè in pluribus ritibus ipsi à nobis sunt segregati; ab initio tamen Ecclesiæ, & per plura sæcula etiam Græci comam deponebant, & tonfuram Clericalem profitebantur, teste S. Gregorio Nazianzeno *Orat.* 28. *advors. Maximum*, quem cum malis artibus Episcopi provinciales ad Ecclesiam Constantinopolitanam promovissent, quia comam habebat, eundem totoderunt, quod refert etiam Magrius d. *Verb. Tonfura*: In sexto sæculo Eutychie Antifitis Constantinopolitani tonsionem ex Metaphrase narrat Surius 6. *Aprilis* num. 11. & Tarasii in eadem Sede successoris, intrepidè adversus Iconomachos confessoris, capillorum tonfuram scribit inde Surius die 25. *Februarii* n. 12. 13. & 14. ac aliorum confimilem comæ depositionem in sacrorum ordinum susceptione in Ecclesia Græca refert Chamillard. *ubi supra* pag. 589. profequendo relationem Historiarum, è quibus constat, etiam Sacerdotes Græcos à relaxatione capillorum abstinentiæ usque ad sæculum nonum; quo inclinante, Græci, sub Photio Patriarchæ Constantinopolitano intruso, orto magno schismate, se ab Ecclesia Romana subtraxerunt, ceperunt comam admittere, etsi subitus ille in rotundum crines radant; de qua methodo se tonfuram subius, relaxandi autem desuper capillos usque ad humeros, ita concludit Chamillard. d. c. 10. *Opposit.* 4. in fine, pag. 599. *Ut dicam igitur quod sentio, Græcorum comam in Latinos dumtaxat odium laxavit, & nutriti; nec illa dimidiata capitis detonso, nisi Schismatici ingenii portio iure nuncupari potest.* Et ex his omnibus apparet, Ornatum hunc eximium Clericis Tonfuræ, consistentis in resectione capillorum, ne sint auribus longiores; & in Clerica rotunda in summitate capitis, esse à Sacerdotibus Latinis avidè custodiendum, & devotè portandum juxta Sacrorum Canonum præscriptum, quod efficaciter inculcant Sperellus in *Parentesi* d. cap. 39. à num. 4. & seqq. Chamillard. *100. Tract. de Tonfura*; in quo c. 1. 2. & 3. colligit Concilia, Pontificum Constitutiones, & Synodos Nationales illam præcipientes, in sequentibus autem capitulis cumulat Synodalia Decreta Diocesana, SS. Patrum testimonia, Antiquitatis exempla, Doctorum sententias, Principum edicta; & plures hujus Ornamenti non negligendi rationes; & demum decem oppositiones a profanis, seu à Novatoribus factas resolvit. Inter Canonistas autem de ipsius Tonfuræ necessitate, & præcepto agunt Carolus de Grassis de *Essentibus Cleric.* *Prelud.* num. 280. & seqq. & Belletus *Dissquisit. Clerical.* *part. 1. de Disciplin. Cleric.* §. 17. quos Auctores si Ecclesiastici intonsi legerent, eos puderet, à proprio debito tam animosè distare.

Tandem quia in cap. Clericus 5. De Vita, & honest. Clericor. iterò dispositum legitur: *Clericus nec comam nutriat, nec barbam*; sciendum est, quoad

culturam barbæ varios fuisse usus tam in antiquissimis temporibus, quam in mediis, & successivis usque ad Evangelicam legem; ut doctè demonstrat Gonzalez in *Commentar. ad d. cap. Clericus*. Hebraei longam barbam nutriebant, juxta illud *Jud. 132. Vers. 2. Sicut unguentum, quod descendit in barbam, barbam Aaron.* Apud Græcos tempore Alexandri Magni barbæ tondebantur, ut ex Athenæo lib. 13. cap. 6. etsi Philosophi barbam nutrirent, de quibus ludens Poeta Græcus cecinit.

Si promissa facit sapientem barbâ, quid obstat, Barbatus possit quin caper esse Plato? Quæ carmina sic traduxit Marinus: *Se la barba, che birsuta al petto pende, Filosofo altrui vende; Chi dirà, che un Cavrone Non possa esser Platone?*

Romani ab initio nec capillos, nec barbam rescindebant; sed deinceps ceperunt eam tondere anno 454. ab Urbe condita, ut ex Varrone de *Re Rustica* lib. 11. & ex Plinio lib. 7. cap. 39. demonstrant Gonzalez ad d. cap. Clericus. num. 2. & eruditissimus, nostrique Gymnasti Publici Sacrorum Canonum Professor Abbas Nicolaus Papadopoli in *Praenation. Mythogor.* *Resp.* 4. *sect. 1. §. 3.* ubi doctè advertit, quòd is mos, isque barbæ contemptus, neque Romæ perpetuus, neque planè communis; nam gravissimè notum est ex illis versibus Juvenalis *Satyr. 2.*

Horrida membra quidem, & dura per brachia Sete Promittunt atrocem animum.

Et idem dicendum venit de Venetis Sacerdotibus, quorum plurimi ad Ducale fastigium evecti raso mento, & absque barba, ante, & post millesimum sæculum conspiciuntur; non pauci vero barbati, ut ex eorum Iconibus apud Joan. Palatum in *fast. Ducal.* ipsosque Duces Cæsarum barbæ fuisse credo ex præcedenti eorum navigatione, & expeditione in Græciam; ubi sapientibus barbæ semper placuit; cum dicat de Socrate *Perf. Sat. 4.*

Barbatum hoc crede magistrum Dicere, &c.

Quod verò atque ad ministris Sacros legis Evangelicæ; sicut Christus Dominus, & Sancti Apostoli barbam portabant, ut ex Nicephoro ostendit Gonzalez *ubi supra* num. 3. ita Pontifices Romani eam retinuerunt usque ad Anticetum; id etiam attestantibus eorum imaginibus in Bullario Cherubini, & apud Ciaconium; ab Anticeto tamen, & deinceps ceperunt Pontifices, & Ecclesiæ Latine Episcopi, ac Clerici non solum tondere barbam, verum & radere; & ita apud eosdem Cherubinum, & Ciaconium cernuntur Icones Pontificum absque barba; & hic mos radendi barbam in Clericis occidentalibus Ecclesiæ commendatus fuit, deinde præcepto firmatus Episcopalis Pontificiis, & Conciliaribus Decretis; usque barbæ firmo remanente in Ecclesia Orientali, ut fuisset dissentit idem Gonzalez *loco supra cit. num. 3. & 4.* & Abbas Papadopoli *loco resp. 4. sect. 1. §. 3.* concludens, quòd cum abbas, aut nutritio barbæ fit adiaphorum quid, & indifferens, tam Græci, quam Latini peculiaribus rationibus moti poterunt barbam dimittere, aut radere.

Igitur quòd ad hunc barbæ ornatum in Ecclesia Latina, si usum consideramus, fuit varius in præterito, & in presenti sæculo juxta varietatem regionum, ac morum hominum. Si Sacros Canones attendamus, non est à Clericis Latinis ipsa barbâ nutrienda; quorum Sacrorum Canonum vi motus S. Carolus Archiepiscopus Mediolanensis hortatus fuit primùm universos de iterò suo ad deponendam barbam; deinde ipse mento raso in publicum venit;

venit; ac exemplo suo nonnullos, quos pulchra, & decora barbâ delectabat, ita fuisse; ut, deposita mentis duritie, eam resciderint; quod latè narrat Giustinianus in *vita* lib. 4. cap. 10. & refert Illustrissimus Sarnelius d. *tom. 1. Epist. 12. pag. 93.* Regular. responsum fuisse; *che se il Prete vuole, si può radere tutta la barba; nè il Vesovo glielo può proibire.* 1580. Materia 3. *Mist.* apud Nicolium in M. SS. ea ratione, quia prohiberet observantiam superacritatis cap. Clericus. 5. De Vita, & honest. Cleric. desumpti ex *Can. 4. Carthagen.* can. 44. In presentiarum, alique Clerici, & Sacerdotes Regulatæ barbam deserunt, quibus ipsa conciliat gravitatem. Monachi, ac Sacerdotes Societatis Jesu, & plures ex medicantibus eam radunt, & sunt venerabiles; idcirco nullus reprehendus, omnes commendandi; illi tantum censurandi, qui promissæ barbæ adeo studiosi essent, ut pectine, & odoribus eam nimis colerent ad pompam, ac vanitatem; hoc enim esset barbam nutrire, quod vetant Sacri Canones, non illam medicorem habere; vel abique cultura, prout faciunt PP. Capuccini, portare.

Corollarium loco non me piget hic referre, quæ leguntur de mulieribus barbatis apud Historicos. Scotus in *Physica Curiosa* lib. 3. c. 32. §. 2. ita scribit, *Variis temporibus, ac æcis visæ fuerunt mulieres barbatae: nam teste Vuolfa apud Aldrovandum c. 1. de Monstris in Gynæceo Alberti Ducis Bavariae mulier barbâ nigra, & promissa, insignis vestabatur. Et in Museo Illustrissimo Senatus Bononiensis conspiciuntur Icon mulieris Germanæ, que alius Bononia transiens barbam duos palmos longam gestabat. Ipse ego in Sicilia mulierem vidi, quæ barbam sat longam, ac densam ostentabat, nisi identidem eam præscinderet (Ego quoque hic Patavii, cum adolescentem essem, vidi consimilem mulierem barbatam.) Vixit Luteria femina, nympha nigra (vulgò con mustachi nigri) & incano usque magnitudinis, mento etiam piloso melioriter, teste Jonsono in *Thaumatol. Class.* 10. cap. 7. hucusque Scotus.*

De Galla vidua, amore castitatis barbata, dicitur S. Gregorius *Magnus lib. 4. Dialog. cap. 13.* & Antonius Mafinus Bononiensis in *Schola Christiani* c. 47. §. 110. pag. 494. notat ex Donato Calvo in *Ephemerid. fol. 508. part. 2.* Bergomi reperas fuisse anno 1596. duas mulieres barbatas; habentes Barbam longam, adinstar Patrum Capuccinorum. Sed hæc sunt opera solius naturæ. Exempla, quæ sequuntur, sunt supernaturalia.

In Martyrologio Romano die 20. Julii ita legitur. *In Lusitania S. Vasilgortis Virginis, & Martyris, que pro Christiana fide, ac pudicitia decertans, in Græce meruit gloriosum obtinere triumphum.* Hæc Regiæ Portugallicæ filia formosissima, clam Christiana, nescio parente ethnico, ab eodem post primæ uxoris obitum, ad incestuosas nuptias secum invidias electa, & coacta fuit. Ad orationem pia Virgo confugit, & una nocte ita eam Deus deformavit, ut die altero non fegine, sed viri speciem præferret; barba enim hispida, & prolixa mentum illius, genasque undique contextit. Irrata Pater illam in Cruceam clavis affixam crudelissimè interemit, ut ex Molano ad *Ujardum*, ex Abbate Anselmo in *Sibem. Christi* 20. Julii, & ex Bartholomæo Riccio in *triumpho Christi Crucif. narrat* P. Scotus in *Physic. curiosis* d. lib. 3. c. 32. §. 2.

S. Paula cognomento Barbata, Virgo Abulensis in Hispania, ob egregiam pulchritudinem ab insolenti juvene sæpius tentata; cum eam solam repperam in ago esset violentatus, fugit in proximam ædiculam Divo Laurentio dicatam, ubi orans statim ejus facies deturpata est, & arectis barbâ ita in ea enata, ut Amasius introgressus ipsam non a-

gnoverit. Ita ex Bollandi *tom. 3. in Actis SS. Februarii* refert Bagatta de *Admirand. orbis Christiani* *tom. 2. lib. 1. cap. 3. §. 2. num. 5.* addens n. 6. ex Ughellio in *Italia Sacra* tom. 7. *Amalphen. Archiepisc.* Joannem ephicum, nepotem Ven. Petri Emeritæ annorum undecim, ab iniquo homine ad turpia expetitum, Deo auxiliante, in facie ejus statim tam longam barbam emisisse, ut apud procacem padiconem incognitus remaneret.

DECISIO XLIX.

ARGUMENTUM.

Agitur de alia parte Ecclesiasticæ Tonfuræ, consistentis in Habitu ad formam Sacrorum Canonum. Tres conditiones Vestis Clericis, ut sit Talaris, Nigri coloris, & Lanæ. Plura de Origine, & usu Vestis Talaris. De colore albo, ac violaceo ejusdem; atque de prohibitione Vestium ferucarum. Sex accessoria habitus Clericis, Zona, Collaria, Manicæ, Calcei, Pileus, & Annulus; quæ omnia quomodo Clerici deferre possint? Annulorum plures usus, & mysteria, præcipue in conjugis, & Sigillis. Papæ Sigilla tria; Annulus Picatorius, Plumbeum, & subscriptio cum aliquo vestis Sacræ Scripture. Digitorum nomina, & cur in quarto digito Annulus ponatur? De Annulis sponsalitiis S. Annæ, ac Desiparæ. Quibus Ecclesiasticis licitus sit Annulus aureus, & quibus prohibitus? Quid sit Vestis dicta Birrus? Qui infanti olim Lædores? Et cur Regularibus detur habitus Solemnis ritu, non etiam Clericis Regularibus? & laici sepellantur induti Habitu Regulari Sancti Francisci.

SUMMARIUM.

- 1 Vestis talaris, ultra Tonfuram, est Clericis necessaria.
- 2 Marcus Cornélius Episcopus Patavinus in Conc. Aquilejensi Provinciali fuit anno 1596.
- 3 Vestis Clericis tres conditiones requirit. Et quæ?
- 4 Talus quid sit?
- 5 Vestis talaris ex præcepto Apostolorum.
- 6 Antoninus Caracalla Imperator auctor vestis talaris apud Romanos.
- 7 Vestes talaris clausæ ante, & retro.
- 8 Pallium, seu Mantellum Clericorum sit talare.
- 9 Vestes Clericorum non talaris in Villis, & itineris; ac nunquam in Missa.
- 10 Vestis Clericis sit nigri coloris.
- 11 Vestes Clericorum albæ in primitiva Ecclesia.
- 12 Novatiani heretici cur vestes albæ portabant?
- 13 Violacei coloris olim vestes Clericis.
- 14 Color viridis, & rubens prohibitus Clericis in vestibus.
- 15 Vestis talaris, & nigra induenda à Clericis etiam domi.
- 16 Vestes à Serico prohibent Clericis Synodi Patavina.
- 17 Vestibus sericis induuntur Nobiles.
- 18 Episcopi debent induere vestes laneas, non sericas.
- 19 Accessoria Vestis Clericis sex. Et quæ?
- 20 Cincturam habeant Clerici supra vestem.
- 21 Collaria Clericorum alba simplicia, non diffusa, nec manicæ.
- 22 Subucula reflexa ad manus sit parva.
- 23 Calcei Clericorum nigri, non ad formam mundanam.
- 24 Pileus Clericorum non sericus, nec fastigiatus.
- 25 Annulus unâ dicitur.
- 26 Annulus erat fibula pallii, & pluvialis.